

à proprio iudice, qui arbitraria pœna, habendo considerationem ad penas à iudice seculari impositas, transgressores suos puniet. Ita Vasquez l. 2. disp. 167. à nu. 28. Cruz lib. 1. de statu Relig. cap. 6. dub. 2. concl. 2.

CONSTITVTIO III.

*Concedit, quòd fratres possint se obligare ad suffragia perpetua in genere.*

IVLIVS PAPA II.

*Dilectis filijs F. Francisco de Paula, & eius fratribus Ordinis Minimorum salutem, & Apostolicam benedictionem.*

S. I.



Xponi nobis nuper fecistis, quòd licet in Regula vestra expressè caueatur, ne vos missas particulares perpetuas, seu sub perpetua obligatione recipere possitis; quia tamen de præfenti sunt vestri tres speciales eiusdem Ordinis benefactores obligati celebrari facere qualdam particulares missas, siue ex propria, & speciali deuotione, siue ex ordinatione quorumcumque viuorum, seu defunctorum, quorum sunt hæredes, ac testamentorum suorum executores, seu etiam ex eorum propria deuotione, aut aliàs ob singularem deuotionis affectum, quem ad dictum Ordinem vestrum gerunt, cupientes vobis, seu fratribus eiusdem vestri Ordinis piè relinquere nonnulla bona, seu pià legata cum onere, quòd vos, seu eiusdem vestri Ordinis fratres supradictas missas celebrare teneamini; voiq; dubitantes ob præmissa præfate vestræ Regulæ contrahere, pro conscientiarum vestrarum quiete cupiatis vobis gratiosè concedi, quòd, cuiuslibet dictorum trium benefactorum interueniente consensu, prædicta piè legata cum onere celebrandi missas ipsas particulariter, seu in specie, ad futuros quinquaginta annos dumtaxat, & post dictos quinquaginta annos easdem missas in genere, seu sub generaliter omnium missarum, per vos in vniuerso vestro Ordine prædicto de cætero celebrandarum, à dicta vestra Regula non deuiando, acceptare possitis, pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, vt vobis de super opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos huiusmodi supplicationibus inclinati, vobis, quòd dicta piè legata, seu relicta quocumque cum onere celebrandi missas ipsas modo prædicto, iuxta vestræ Regulæ tenorem, & instrumentorum cuiuslibet dictorum trium vestrorum benefactorum consensu super huiusmodi factorum, seu nouiter faciendorum, & inuouandorum formam, licitè acceptare, ac, missas ipsa particulares modo, & forma prædictis celebrando, singulis particularibus missis satisfacere, & huiusmodi viuorum, seu defunctorum quorumcumque relinquentium, seu legantium voluntates, ac ordinationes adimplere censeamini, &

propterea dictæ vestræ Regulæ nullatenus contrahere intelligamini, sed perinde habeatur, tam apud tres præatos speciales dicti vestri Ordinis benefactores, quam etiam apud vos, seu eiusdem vestri Ordinis fratres, & quocumque reliquos, tam viuos, quam defunctos, quòd ad hoc dumtaxat, ac si vos, seu fratres ipsi prædictas particulares missas, iuxta dictorum relinquentium, seu largientium intentionem, & deuotionem, particulariter, & in specie celebraretis, dictorum quorumcumque testamenta, seu ordinationes in hoc commutando, auctoritate Apostolica tenore præsentium de speciali gratia concedimus, & indulgemus.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 23. Decembris, 1505. Pontificatus nostri anno 3.

CONSTITVTIO IV.

*Declarat irrita pacta facta absque consensu Generalis, vel Capituli generalis, & quæ sint persone fruente privilegys fratrum. Denique quæ sit Conservatorum potestas.*

IVLIVS PAPA II.

*Venerabilibus fratribus Archiepiscopo Granatensi, & Episcopo Malagenensi, ac dilecto filio Vicario in Episcop. Malagenen. in spiritualibus gener. & eorum cuiuslibet, salutem, & Apostolicam benedictionem.*

S. I.



Liàs venerabilem fratrem Episcopum Parisien. Conservatorem Ordinis Minimorum deputauimus, eique mandauimus, quatenus, quoties opus foret, dicto Ordini, & illius personis, & fratribus assisteret, & non permetteret, quòd Decanus, & Capitulum Ecclesiæ S. Vltiani, & eorum officiales, ac Rector parochialis Ecclesiæ S. Aegidij de Abbatiuilla Ambianen. Dicecesis, & alij quicumque cuiuscumque dignitatis forent, tam in dicta Dicecesi, quam alibi, in aliquo damnificare, molestare, perturbare, aut inquietare vllatenus audent, quinimmo corpora defunctorum quorumcumque qui in Ecclesia domus de Abbatiuilla in eorum vita sepeliri elegerant, seu qui in posterum eligerent, cum relictis fratribus ipsius domus de Abbatiuilla, fratribus integraliter restituerent; nec ipsi, nec alij prædictos, & quoscumque alios fratres dicti Ordinis de cætero super sepulturis, & corporibus illorum, qui in dicta domus de Abbatiuilla, & alijs eiusdem Ordinis Ecclesijs sepeliri eligerent pro tempore, impedire præsumerent, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna inhiberet, ac S. Vltiani, & S. Aegidij Ecclesiæ, nec non alias, ad quas corpora defunctorum, qui in dicta de Abbatiuilla,

Instituatur hic Pontifex per alias literas, de quibus supra in 1. eius constit. §. 27. in Conservatorem Episcopum Parisiensem.

Vide constit. §. Sixti IV. & constit. 2. huius Pontifici §. 21. n. 55.

Supplicatio

Nota, quòd ista constitutio est obtentia viuentis P. N. Francisci. Vide constit. 4. huius Pontifici §. 4. n. 19.

Concedit quòd possint fratres obligari per quinquaginta annos ad suffragia particularia, & in perpetuum sub generalitate.